

instituentis sacramentum corporis et sanguinis sui, ut fideles sub sanctissimi Cordis symbolo devotius ac ferventius recolant, eiusdemque fructus uberior percipient, Clemens Decimus tertius ipsius sacratissimi Cordis festum nonnullis Ecclesiis celebrare concessit, Pius Nonus ad universam extendit Ecclesiam, ac denique Summus Pontifex Leo Decimus tertius, orbis catholici votis obsecundans, ad ritum Duplicis priuine classis evexit. "

Sanctitas porro Sua, ad relationem mei infrascripti Cardinalis Sacrae Rituum Congregationi Praefecti, sententiam ipsius Saeræ Congregationis in omnibus ratam habens et confirmans, memorata tria festa sub enuntiato ritu statisque diebus ad universam Ecclesiam extendit, simulque præfatam additio- nem ad calcem supradictæ lectionis in Officio Sacri Cordis Iesu approbare dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscum- que. Die XIX Augusti MDCCCXC.

CAIETANUS CARD. ALOISI-MASELLA, S.R.C. *Praefectus.*

VINCENTIUS NUSSI, S. R C. *Secretarius*

L. † S.

Omnia cum originalibus concordant. In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis hac die 17  
Novembris 1890.

Pro R. P. D. Vincentio Nussi Secretario

Ioannes Ponzi *Substitutus.*

*Imprimatur :*

L. D. A. MARECHAL, V. G., *Adm.*

Marianopoli, die prima februarii 1891.

---